


uerſitas aſpectus Solis exiſtente in auge ſui ecentrici fieret trium minuto-
rum. Item quia Sole exiſtente in oppoſito augis ecentrici, diuerſitas aſpe-
ctus maxima eſt 3. mi. 13. ſecun. Ideo pro alijs locis ecentrici ſolis cum ar-
gumento Solis iubet intrandum Albategni tabulam equationum Lunę p
minutis pportionalibus, & ſecundũ eorũ ad 60. pportionem de illis 13.
ſecundis accipere partem proportionalem addendam, uerũ id prope uerũ
eſſet, melius eſt igitur ſecundũ ante premiſſam agere, & fiet opus certius.


PROPOSITIO XXVI.

Diuerſitatem aſpectus lunę aut ſolis in longitudine, & lati-
tudine dum luna ſub ecliptica fuerit ſecernere.



¶ Sit medietaſ eclipticę a, e, g in qua locus lunę aut ſolis ſit e: ita ut e, a, ſit
quarta, ſimiliter e, g, quarta, medietaſ integri circuli altitudinis ſit b, e, d, ita
quoq; ut e, b, ſit quarta, & e, d, quarta. Circulus tranſiens per polos ambo-
rum eorum ſit a, b, g, d, in quo polus eclipticę ſit z. diuerſitas aſpectus Lu-
næ aut Solis in circulo altitudinis ſit e, h. per h. ueniat à polo eclipticę cir-
culus magnus z, h, t, k, ppoſitum eſt ex arcu e, h. & quantitati anguli b, e, t.
ſecernere arcum h, t. diuerſitatem aſpectus in latitudine, & arcum e, t. di-
uerſitatem aſpectus eius in longitudine, ex angulo b, e, t. noſcetur reſiduum
ſcilicet a, e, b. cuius quantitas eſt arcus a, b. igitur a, b. notus. Proportio uero
ſinus a, b. ad ſinum a, z. eſt compoſita ex duabus, ſcilicet proportione ſinus
b, e. ad ſinum e, h. & proportione ſinus h, t. ad ſinum t, z. a, z. autem b, e.
& t, z. ſunt quartę & b, a. & e, h. dati, igitur h, t. notus fiet. Correlarium.

Proportio ſinus totius ad ſinum anguli ex concurſu circu-
li altitudinis, & eclipticę eſt ſicut proportio ſinus diuerſitatis a-
ſpectus in circulo altitudinis ad ſinum diuerſitatis aſpectus in
latitudine.



¶ Conſtituo deinde h. polum circuli magni, cuius proportio ſit k, n, m.
ſientq; h k. & h, n. quartę, & propter angulos t. & k. recto: k, n, m. & t, e, m.
procedent per polos circuli z, h, k. Ideo polus eius eſt m, & hinc k, m. & t, m
ſunt quartę, quæremus primo quãtitatem arcus k, n. qui eſt quantitas an-
guli t, h, e. ſi libet quia proportio ſinus h, t. ad ſinum t, k. componitur ex dua-
bus, ſcilicet proportione ſinus h, e. ad ſinum c, n. & pportione ſinus n, m.
ad ſinum m, k. Sed h, t. k, h, e, c, n. & m, k. noti ſunt, iam ergo notus erit
m, n. quare & complementum eius n, k. cognitum fiet, quod quærebatur.
Nota tamen quod ſi angulus a, e, b. dematur à recto, manebit angulus fere
æqualis angulo e, h, t. quem ſi ſumpſeris loco anguli e, h, t. nulla ſenſibilis
diuerſitas in eclipſibus proueniet. Nunc quæramus quantitatẽ arcus e, t.
quia proportio ſinus m, k. ad ſinum k, n. componitur ex duabus, ſcilicet pro-
portione ſinus m, t. ad ſinum t, e. & proportione ſinus, e, h. ad ſinum h, n.
Correlarium.

Proportio ſinus totius ad ſinum anguli ex concurſu circu-
li altitudinis & circuli uenientis à polo eclipticę per locũ uifum
eſt ſicut proportio ſinus diuerſitatis aſpectus à circulo altitudi-
nis ad ſinum diuerſitatis aſpectus in longitudine.

Sed